

res Mahometi: cui ex persona dei mandatū est (sicut ipse dicit in Alcorano in capitulo Elcaminar) sit ipse q̄ primus saracenus: Primus igit̄ saracenisimus a Mahometo incepit. Apostoli igitur/neq; saraceni esse potuerunt: neq; illius imitatores quē sexcentis ānis precesserunt: Vel si saraceni erant illi: impossibile est eum fuisse primū saracenū. De patriarchis idem asserit. Dicit enim in pluribus locis Alcorani: q̄ Abraam & Isaac & Iacob & filij illorum saraceni erant: Idem autem dicit & de Noe/q̄ fuit saracenus: Et q̄ p̄pterea diluuiū venit super terram: quia ipse predicabat hominibus/q̄ fierent saraceni: & ipsi renuerunt. Hoc aut̄ oīno est mendaciū: Quomō enim potuit Noe esse saracenus qui precessit Mahometū duobus milibus quingentis annis: Item & ipse Mahometus dicit seipsum fuisse primum saracenum in mundo. Impossibile autem est dicere/Noe & Abraam esse Saracenos/q̄ ipsi saracenos genuissent: hec enim expositio contraria est Alcorano: ubi dicitur. Abraam non fuisse christianum/neq; iudeū: sed purum Saracenū. Necesse igit̄: sicut ex Abraā nati sunt saraceni: sic ex eo & Noe iudei & christiani nati sūt. Et dicūt etiā saraceni: q̄ deus p̄misit Mahometo/ ut nullus introeat in paradisum an̄ eū Et post hec assumpsit eum deus & duxit in paradisum: Et vidit illic viros & mulieres mltas: & dixit: quid est domie? Dñs aut̄ dixit ad eū: Ne mireris et hi em̄ imitatores tui sūt. Imitatores aut̄ esse Mahometi ip̄ossibile/nisi p̄ Alcoranū: sed hoc non fuit reuelatum ante tempora Mahometi: sicut in pluribus eius locis cōtinet̄: & maxime in principio. Huius aut̄ figmenti mendaciū/quicūq; intellectū habet/potest bene cōsiderare: & propter hoc in talibus uersari nō oportet. De demonibus autem speciale quoddā cap̄lm in Alcorano est: ubi palā dicit̄: q̄ demonū multitudo multa audientes Alcoranū gauisi sunt: & testati sunt/q̄ per ipsum poterant saluari. Dixerunt autem & seip̄os saracenos: & saluati sunt. Hoc autem quantum mendacium continet/non est necessariū argumentatione quadam demonstrari. De angelis autem dicit: q̄ omnes adorauerunt Adam/ preter diabolū. Item dicit ipse: q̄ quando ad deum venit cū gabriele: vidit in cōelo angelū unū qui milies maior erat mundo: & flebat suīpsius peccata: Et ipse veniam suis

Quintū mendaciū de patriarchis:

Sextū mendacium de demonibus

Septimū mendaciū de angelis.